

dum ascendentiæ earum bicorporea sunt pessime quidem, dum ascendentiæ significatoresq; in bicorporeis existunt, non tamen fortuna libera, fiuntq; dæmones, dum Venus, Mars & Mercurius in hac forma associantur. 130

Valde considerabis Venerem iunctam Marti, Mercuriumq; radiantem siue disponentem in omnibus figuris ij tres mores inducunt propriae. 131

Natiuitas mala non erit si Iupiter in medio cœli erit. 132

Duo planetae significatores in domibus siue exaltationis bonâ natiuitatem affirmant esse, optimamq; tres, regiam uero, si ij tres superiores sunt & in angulis. 133

Pars fortunæ & caput ij fortes clauæ sunt figuræ. 134

Fortificatur omnis significatio dum fortificati sunt significatores uel anguli mediij cœli & ascendentiæ à bebenijs primæ magnitudinis 135

Non terminatur in malum significatio stellarum fixarum quando fortunæ & planetae significantes bonum cum istis bebenijs erunt. 136

Mutabit ædificatio ciuitatis per tempus promissum, si significator temporis in domo siue in exaltatione sua erit liber ab infortunijs. 137

Mutantur regna p̄ apparitionē cometarū in signis regijs, dū mouetur motu sensibili, & de uno in alio signo & magis, quādo quàm plures unâ in uno erunt anno. 138

Acquirat regnum Mars per crudelitatem & rapinam, Iupiter uero per iusticiam & bonitatē. Saturnus quippe per laborē & infamiam. 139

Inferiores nisi colligati sint superioribus, regnū nō dant. 140

Diuitias regias per Solem & Lunam, & non per alium solū significatorem cognoscimus, quia Sol dat aurum, Luna uero argentum, & alij alia mineralia dono proprio. 141

Ingenium excessiuum iudicabis in natiuitate, dum dominus nonæ & mediij cœli idem erit, uel una se habuerint bene dispositos cum domino ascendentiæ fortes non currente Mercurio ad
combu